

1441. d. 26. Augusti.

423.

Ex orig. Arch. Regni.

Vladislai Polonia et Hungariae regis su-
per summa sexcentarum marcarum Lu-
ca de Gorka in castro et civitate Costen-
atque villis pertinentibus data et inscripta. ///

Vladislavus DEI gratia Hungariae, Poloniae, Dal-
matiae, Croatiae &c. rex Lithuanisque princeps
supremus et haeres Russiae &c. Significamus
tenore presentium quibus expedit univer-
sis. Quomodo nos recensentes multiplicia
merita et fidei integre praestantiam ma-
gnifici et generosi Lucae de Gorka capi-
tanei Costensi fidelis nostri sincerè di-
lecti, quae maiestati nostrae ac in retro-
actis temporibus et potissimè ab initio
prosecutionis negotiorum nostrorum huius
nostri Hungariae regni cum familiis et
impensis atque armorum decenti appa-
rata usque in praesens constantissimè
pergit, et rebellibus nostris facta nostra
in ipso regno impedire temptantibus
pectore armato resistere non expavit,
ut itaque huius rei gratia favoribus
nostris dignè recreatur, ad horam ma-
iora obsequia convalescat, atque ingentio

ingentiori opera amplius præstanda in arde
scat; sibi in et super castro et civitate no
stris Costensibus in terris maioris Poloniae
sitis, et villis omnibus ad illa pertinenti
bus, sexingentas marcas monete et nume
ri Poloniarum communium quadraginta
octo grossos in quolibet marcam compu
tando dedimus, donavimus, damusque do
namus, et inscribimus, presentium per
tenorem per ipsum et suos huiusmodi
posteror cum omnibus et singulis eorum
dem castri civitatis et villarum ad ipsam
pertinentium, utilitatibus, fructibus, con
sibus, redditibus, proventibus, prædiis, cu
vis, agris, pratis, campis, sylvis, meruis
borvis, gailis, rubetis, nemoribus fluminibus,
lacubus, piscinis, piscatoriis, aquis,
molendinis, emolumentis, venationibus, au
cupationibus, mellificiis, et pertinentiis, et
pertinentiis, quomodo libet ad ea spectan
tibus, habendum, tenendum, utifruendum
et pacifice possidendum, tam diu quous
que sibi vel suis legitimis successoribus
per nos vel successores nostros præfate
sexingenta marca cum aliis penuriis per

per alias literas inscriptis ex integro per
 solvantur, quibus exolutis, dictorum ca-
 stri civitatis et villarum possessio ad
 nos et succedaneos nostros devolvetur
 pleno iure stationibus tamen nostris
 et iuribus regalibus solitis et consuetis
 per omnia semper salvis. Datum Bu-
 da Jervia quarta infra octavas festi San-
 cti Bartholomei beati Apostoli annō
 Domini millesimō quadringentesimō qua-
 dragesimō primō.

Ad relationem m^{ris} Joa-
 nis de Koniepole R. P. cancellarii.

Ta kopia wypisana z oryginalu parga-
 minowego autentycznego 1784 d.
 31. Czerwca przy którym zawie-
 za pargaminowa znajdować się
 sama tylko bez pieczęci.

